

2
3
y
5
6
7
a



1783.

1. Fischer, Fredericus Augustus: Ord. juridicae . . . Decanus: Pectori benevolens salutem (et Reipublicam inuicem. Caroli Friderici Oberkempffii iuratus)
2. Hommelius, Christianus Gualther: De personis quibus beneficium Competentibus de iugandum
3. Hommelius, Christianus Gualther: Epitome juris ecclesiasticae
4. Kluegel, Ernst Gualfredus Christianus: Theses juris variae
5. Kluegel, Ernst Gualfredus Christianus: De sanctis curatis
6. a. ^{ad} ^{de} ^{intercessionem} ^{mulierum}.
6. Leonhardi, Joannes Gualfredus: Fa. medicae . . . Decanus: panegyrici medicam . . . indicit adjecta De usibus mineralium et vegetabilium in usum rationis virium medicamentum Dissertatione praetoria altera.
7. Leonhardi, Joannes Gualfredus: De chemicorum instrumentis medicis errorum et doctrinae fontibus.
8. Peuli, Martinus Gualther: Ord. juridicae . . . Decanus: Pectori benevolens a. p. d. (et Reipublicam inuicem. Joannis Samuelis Hopffmii iuratus)

9. Pauli, Martinus Gottlieb: Ord. juris. De causis:
 Lecturi benevole a p. d. per dispensationem in unguis - 3
 videri Certe Benjamini Adelatici instat.
10. Pauli, Martinus Gottlieb: De jure protiniseos serenissimo
 domini Virioto seu jure Saxonico Electorali, quam
 Lusitiae superioris in alienatione feudorum inter viros
 competente.
11. Triller, Carolus Fridericus: De quibusdam jure metallicis
 capitibus.
12. Wisandius, Georgius Stephanus: De expectantibus feudatibus
 1787.
1. Geislerus, Carolus Henricus: De analogia juris publici.
2. Klauzel, Carolus Gottfried Christianus: Nova juris Saxonici consuetudo
 2^{te} m. a.
 2. Reinhard, Franciscus Volkmar: Utrum Christianus matrem ge - 2
 nusque suum dissimulaverint et despoxerit.
4. Reinhardtus, Joannes Carolus Gottfried: Dissertationis in unguis, quae
 observationes quaedam ex jure commerciorum de promptae

proprium

3. Meckius, Carolus Augustus Christianus: De servitute reali sine studio sine incuria vesalli fundo contracta in hujus emtorum transiente
6. Wiesand, Georgius Stephanus: Ord. juris Dni. . . . Pro. Decanus: Lectori benevole salutem (ad Disputationem in eum Caroli Augusti Christiani Meckii invitat)
7. Wiesand, Georgius Stephanus, Ord. juris Dni. . . . Pro. Decanus: Lectori benevole salutem (ad Disputationem in eum Christiani Georgii Wiltit invitat)
8. Wiesandus, Georgius Stephanus: De inundationibus aquarum variae juris sententiae

1785.

1. Tossiam, Christianus Gottfriedus: De conditione metallorum mixtorum.
2. Kluegel, Gottlob Christianus: Ord. juris Dni. . . . Pro. Decanus: Lectori benevole salutem (ad Disputationem in eum Christiani Fridrici Wiltit invitat) Tract. de communis fructu non recte galim causa.

3. Kluegel, Ernst Gottpred Christianus: Variarū juris
sententiarū
4. Kluegel, Ernst Gottpred Christianus: De patris potestate
circa vltimae generis electionem filiorum.
5. Schmidt, Cordus Ferdinandus: De cautione iure natural
nulla.
6. Trillerus, Cordus Fredericus: Dissertatio juris militaris
praesertim Saxoniae capita patiora sistens.
7. Triller, Cordus Fredericus: De variis furtoꝝ generibus,
praesertim de furto inuentivis
8. Wilsch, Christianus Fredericus: De iure collectandi in horri
toris q̄uoniam.

ORDINIS IVRIDICI
IN
ACADEMIA VITEMBERGENSI

H. T.

DECANVS
FRIDERICVS AVGVSTVS
FISCHERVS

IVR. VTR. DOCTOR SERENISS. PRINCIPI ELECTORI
SAXONIAE IN CVRIA PROVOCATIONVM A CONSILIIIS
DIGEST. VET. PROF. PVBL. ORDIN. CVRIAE PROVIN-
CIALIS SCABINATVS ET COLLEGII IVRECON-
SVLTORVM ASSESSOR


H. T.

ACADEMIAE RECTOR

LECTORI BENEVOLO
SALVTEM.

ORDINIS IURIDICI
IN
ACADEMIA VITENBERGENSI
DECANVS
FRIDERICVS AVGVSTVS
FISCHERVS
IUR. VTR. DOCTOR SERENISS. PRINCIPIS ELECTORI
SAXONIAE IN CVRIA PROCVATIONVM A CONSILIIIS
DIGEST. VET. PROV. PABL. ORDIN. CVRIAE PROVINC.
CIACIS SCABINVS ET COLLEGIJ IVRECON-
SULTORVM ASSESSOR
M. T.
ACADEMIAE RECTOR
LECTORI BENEVOLO
SALVTEM





Quo magis interest omnium, sumtuosa et molesta ca-
ueri in foris litigia, eo aequioribus laudibus vulgo
celebrari solet processus executiuus. Is enim bre-
uiorem magisque planam decidendi lites ostendit viam, qua
longe citius actores ad optatos exitus peruenire possunt. Re-
spuit exceptiones illiquidas, quae actiones plerumque diffe-
runt iisque odiosam moram iniiciunt. Quodsi enim obligatio
debitoris aliquid dandi vel praestandi ex documento satis firmo,
quod vulgo guarentigiatum dicitur, sit in continenti liquida;
reus statim sub poena executionis condemnatur eiusque excep-
tiones turbidae in hoc processus genere non attenduntur. Cum
vero agentibus tam eximia afferat commoda, non est mirum,
eosdem viam magis compendiarium studio persequi maximo.
Sed saepius eos fallit spes dulcis animo concepta, dum praeter
opinionem, eorum petitiones tanquam ineptae reiiciuntur.
Quod fatum vti euitare student omnes, qui clientibus bene
cupiunt, caussarum patroni: ita quoque me mouet, vt in prae-
senti quaestionem satis celebrem, num scilicet legatarius here-
dem ex testamento processu executiuo conuenire queat, execu-
tiendam sumam.

Ac primo quidem cum iis non facio, qui processum
executiuum iam Romanis fuisse cognitum, statuunt, quam
quidem opinionem olim defendit Petr. Friderus Mindanus
de mandat. Lib. 2. cap. 70. Neque ab ea abhorret Berge-



rus in *Elect. process. executiu. §. 5.* Licet enim cautiones et chirographa, etiam aliae scripturae secundum *l. 40. D. de reb. cred. l. 48. D. solut. matrim. l. 14. seq. C. de solut. et l. 2. seqq. C. de non numer. pecun.* vim probandi contineant: inde tamen non est inferendum, ideo ex iis statim ad executionem agi potuisse. Documentis rite confectis virtus probandi omnino inest, licet ea ad reum statim sub poena paratae executionis condemnandum, non sufficiant. Bergerus in *loc. adducto*, ut auctoritatem suae opinioni conciliet, ad *l. 6. C. Theod. de denunciat. prouocat*, quae ita sancit: *si quis debiti vel quod ex foenore, vel mutuo data pecunia sumpt exordium, vel ex alio quolibet titulo in litterarum obligationem facta cautione translatum est, seu fideicommissi dirigat actionem, aut momentariam possessionem per uisione uiolatam, vel quolibet interdictum efflagitat, seu inofficiosum arguat testamentum, vel tutelae seu negotiorum actionem intendat, ruptis denunciationum ambagibus, inter ipsa cognitionum auspicia rationem exprimere ac suas allegationes iubeatur proponere, denunciatione et temporum obseruatione remota, quam in ceteris civilibus causis, quarum tamen aestimatio centum solidorum summam excedat, volumus custodiri.* Sed in hac lege duntaxat antiquae ambages, quibus lites olim retardari solebant, fuerunt sublatae, uti Gothofredus in *Commentar. ad C. Theod. Tom. I. p. 103.* docte animaduertit. Quis vero quaeso, processum summarium, in quo celeriter omnia expediuntur, cum executiuo confundere audeat? Non potest fieri in bona debitoris iure Romano executio, nisi vel debitor hanc potestatem creditori permisit, vel reus a iudice fuisset damnatus. *L. 40. §. 1. de pact. l. 3. C. de pignor. et hypothec. l. 1. C. de execut. rei iudic. et l. 3. C. de usur. rei indicat.* Accedo igitur potius iis, qui processum executiuum a moribus Germanorum reperiunt,



tunt, vti Schilterus in *Exercitat. ad Pandect. XIII, 15.* et Conradi in *dissert. de execut. citra process. non ex quouis document. publico impetrand. §. 2. seq.* In vniuersa vero Germania processum executiuum in cambiis esse receptum, neminem fugit. Sed et in aliis negotiis, executionem realem in bona debitoris peti posse, aperte probat *Recess. Deputator. Imper. Spirens.* de anno 1600. §. 31. *seqq.* quo quidem cautum est, vt ex chirographo etiam executio in bona sit decernenda. Iuuat hic afferre ea, quae *Recess. Imperii nouissimus §. 174.* tradit: Anreichend die künfftige Zins und Interesse, sollen von nun an dieselbe, sie seyn aus wiederkäuflichen Zinsen oder vorgestreckten Anlehn herührig und versprochen, iedoch nach Ausweisung der Reichs Constitutionen und weiter nicht, als fünf pro Cento alle und iede Jahren, in verglichenen Terminen unfehlbar bezahlet und in Fall des Saumsals, auf blosse Vorzeigung der Obligation, per paratam executionem wider den Schuldner verfahren werden. Ex legibus vero Imperii tunc statim ad executionem proceditur, si documenta adsint pacto executiuo munita. Tunc enim decerni mos est mandata sine clausula. Pütter. in *nou. epitome process. Imper. Libr. VII, §. 154.* Variis vero legibus prouincialibus Germanicis processum executiuum esse comprobatum, Conradi in *dissert. antea adducta p. 11. seq.* confirmat. Vsum eiusdem in terris Brunsvicensibus ostendit Pufendorf. in *introduc. in process. civil. Brunsvic. Luneburg. Part. I. cap. 4. §. 12. seqq.* In nostra patria modum procedendi ex instrumento garantigato monstrat potissimum *Ordinat. prou. de anno 1555. Tit. Ueber versetzte Brief und Siegel, quae sic constituit: wo einer seiner öffentlichen unläugbaren und unverfälschten Brief und Siegeln, die keine unehrliche Zufage in sich halten, vorseglig und ohne Ursache nicht nachkommen, sondern dawider vortheilhaftige Anzüge suchen und erst darüber erkennen lassen woltte, daß ihm*



solches keinesweges gestattet, sondern Wir ihn, inhalts gegebner Brief und Siegel, schleunig soll verholffen und keine andere Exception oder Ausflucht dawider zugelassen werden, dann wo er beweisen wollte, daß seinen Brief und Siegeln zuvorn allbereit genüge geschehen. Hanc sanctionem repetiit denuoque confirmavit *Resolut. Graunam.* de anno 1612. §. 19. *Distinctius* vero modum tractandi causas executiuas praescripsit *Resolut. Graunam.* de anno 1661. von Justitien-Sachen §. 2. *segg.* cum qua coniungenda *Ordinat. Process. Saxon. Tit. VI. §. 3. Tit. XXVIII. §. 3. et Tit. XXXVII. §. 1.* Ex quibus in vniuersum id colligitur, olim ea instrumenta fuisse certa ac liquida, in quibus debitor debitum clare satis fuerat confessus et quae ille subsignauerat. Sed hunc rigorem mitigauit priscasque sollemnitates abrogauit in creditorum commodum, *Ordinat. Process. recognit. in append. §. 4.* quae quidem instrumenta liquida sic describit: Instrumenta guarentigiata aber sind dieienigen, daraus alle Umstände, so zu einer condemnatoria in Processu executiuo nöthig, in continenti zu verificiren, obgleich darunter kein Siegel zu befinden, oder solche etwas schadhafft, wenn nur nicht der Mangel in Essentialibus derer Urkunden sich ereignet, und selbige nicht durchstrichen, oder durchschnitten sind. In §. 5. vero traditur, non esse necessarium, vt causa debendi specialis in eiusmodi documento sit expressa. Quae cum ita sint, quaestionem supra propositam non temere moueri, facile intelligitur. Ad eam vero recte diiudicandam necesse est, vt ante omnia de processu executiuo quaedam in genere proponam. Semper vero in hoc processu is finis intenditur, vt statim decernatur in bona, vel in personam debitoris, ob debitum satis liquidum, executio. De processu quidem cambiali, qui singularibus regitur legibus, hic aliquid tradere nolo, atque potius vnice ad processum executiuum, quo executio in bona debitoris petitur, animum attendo.



tendo. In eo vero omnes amice conspirant, eum duntaxat locum habere, quando actor intentionem suam statim probat instrumento satis liquido, ex quo in continenti, quis aliquid praestare debeat, quid, quale et quantum et cui debeatur, appareat. Carpzou. in *Process. iur. in for. Saxon. usitat. Tit. 22.* Secundum mores Saxonum omnia instrumenta, siue sunt publica, siue priuata, modo sint debitoris sigillo corroborata atque ab eodem recognita, huc referenda esse, existimat Colerus de *process. executiu. Part. 1. cap. 3. 57. seqq.* Sed, licet in eo omnes consentiant, instrumenta gaurentiata ad fundandum processum executiuum esse necessaria: mirum tamen in modum inter se discrepant, quaenam documenta iisdem sint annumeranda. Alii, vti Meuius ad *ius Lubec. Part. 3. Tit. 1. art. 1. II. seq.* cuiuscunque generis instrumenta, ex quibus obligatio debitoris ad quid praestandum vel faciendum, statim est liquida, huc pertinere, aiunt. Alii e contrario duntaxat ea, quae certam promissionem debitoris de facienda solutione contineant, admittenda esse, censent. Sic ipsi iudicant Iureconfulti Lipsienses, teste Hommelio in *Rhapsod. Obseru. 4.* Inde vero potissimum nata est ista opinionum varietas, quae interpretes super quaestione, num legatarius heredem ex testamento processu executiuo conuenire possit, in diuersas sententias distrahit. Multi hoc negant, ex quibus hic nominasse sufficit illustrem olim Collegii Iureconsultorum, quod Lipsiae floret, antistitem Bauerum, qui suam opinionem in *Program. de process. executiu. ob causam legati non admittendo*, Lipsiae anno 1758. edito, copiosius exposuit. Ego vero in hac quaestione diuersa iura ac tempora probe discernenda esse, merito contendo. Vbi enim processus executiuus solum ex pacto promissorio eodemque executiuo permittitur, ibi et ipse iis, qui istam quaestionem negant, assentior. Aliud vero erit statuendum, si processus executiuus etiam ex
aliis



aliis documentis, quae obligationem debitoris in continenti
 probant, conceditur. Heres quidem in vniuersa defuncti
 iura et obligationes succedit. L. 62. D. de R. I. et l. 37. D. de
acquir. vel omittend. heredit. Neque pro parte eiusdem iu-
 dicium probare, pro parte vero improbare potest. L. 7. D.
de bon. libertor. §. 4 et 5. l. de *inoff. testam.* Non igitur est
 dubitandum, quin legatum a defuncto relictum, ab eodem sit
 praestandum. Hinc, si hereditatem adiit, ex ipsa aditione
 tamquam ex quasi contractu legatariis obligatur. §. 5. l. de *ob-*
ligat. quae quasi ex contract. Cum quoque iure nono lega-
 ta non solum in testamentis, verum etiam in codicillis relin-
 qui possint, vti ex l. 14. D. de *iur. codicillor.* intelligitur, fa-
 cile est ad existimandum, actionem personalem aduersus here-
 dem vel ex codicillis dari. L. 2. C. *commun. de legat.* Menke
 in *System. iur. civil. secundum Pandect. Lib. 29. Tit. 7. §. 4.*
 Voetius ad *Digest. Libr. 30. §. 38.* Quodsi igitur certum sit,
 heredem adiisse hereditatem, sique de eius aditione ex liqui-
 dis documentis constet, heres executiuo processu conuentus,
 si documenta ista recognoscat, non poterit legatorum praesta-
 tionem recusare. Sic quoque olim Iureconsultos Lipsienses
 respondisse, testatur Bergerus in *Supplem. ad E. D. F. Part. 1.*
Tit. 5. p. 43. seq. licet ipse in alia omnia abierit. Adde Lu-
 douici *Introduct. in process. civil. Cap. 3. §. 3.* Sed magnum
 omnino discrimen intercedit, si nostram Saxoniam respicis,
 inter ius, quod ante *Ordination. process. recognitam* obti-
 nuit, et inter illud, quod per laudatam sanctionem introductum
 est atque adhuc in nostris foris, ad fidem archiua confirman-
 dam, viget. Etenim olim documenta, quae non erant subli-
 gnata, pro guarentigiatis non habebantur. Sed hunc rigorem,
 vti ex loco supra excitato patet, ius recentius in fauorem
 commerciorum, sustulit. Antea quoque, vt in eiusmodi in-
 strumentis caussa debendi specialis exprimeretur, videbatur
 necess-

necessarium. Vide Beyerum in *delineat. iur. German. Libr. 2. cap. 19. §. 3.* Hodie vero et illud, quod causam obligationis tantum generalem continet, vi guarentigiati non est destitutum. Contra heredem olim executiuus processus tunc tantum institui poterat, si actor statim qualitatem heredis probasset. Non quidem nego, de hac re inter Iureconsultos non satis conuenisse, cum nonnulli a reo super eo, quod heres factus sit atque hereditatem adierit, responcionem exigi potuisse, statuerint, vti Wernherus in *Supplement. ad Part. 4. Observat. 157. 89. seq.* alii vero hanc potestatem actori ademerint. Posteriorem sententiam hodie sequuntur Iureconsulti Vitembergenses. Sic anno 1778, cum heredes debitoris coram regimine Lusatae inferioris processu executiuo fuissent conuenti, hi vero ideo, quod secundum *Ordinat. process. Saxon. veter.* recognitio et responsio simul iungi non possent, exceptionem libelli inepti obiecissent, Scabini Vitembergenses responderunt: daß Klägers Suchen, inmassen es anbracht, nicht statt hat, additis his rationibus: daß, wenn gleich das sol. 20. befindliche Document, so viel den verstorbenen Schuldner, welcher selbiges ausgestellt, betrifft, pro guarentigiato zu achten solches doch, in Ansehung seiner hinterlassener Erben nicht zu behaupten, bey dem Executiv - Prozesse aber erforderlich, daß aus der Urkunde, auf welche die Klage gegründet wird, so fort alle ad Sententiam condemnatoriam nöthigen Umstände, deutlich erhellen, Horn. Class. XII. Responf. 98. daß aber gegenwärtige Beklagte als Erben desienigen, welcher gedachtes Document von sich gestellet, die libellirte Schuld zu bezahlen schuldig, daraus sich nicht verificiret, auch dieser Umstand auf eine andere Art, wie doch im Processu executiuo nöthwendig, in continenti nicht liquid gemacht worden, einfolglich auch wider sie aus mehrerwähnten Documente executiue nicht geklaget werden mag. Ita vero et Iureconsultos Lipsienses saepius

B

pius





pius pronunciaſſe, memini. Sed huic diſſenſioni finem attulit *Ordinat. recognit.* quae in *append. §. 7.* proceſſum executiuum aduerſus heredes inſtituere et ſuper eo, quod reus heres effectus fuerit, reſponſionem petere finit. Neque amplius, vt documenta ab ipſo debitore fuerint ſubſcripta, requiritur. *Append. adduct. §. 4.* Quae cum ita ſint, facile perſpicitur, fidei magis corroborandae gratia, inſigni creditorum commodo, hodie longe facilius ac olim, concedi proceſſum executiuum. Cum vero iam aduerſus heredes locum habeat, non aedeſt cauſa ſatis idonea, cur eum legatario, qui legatum ex teſtamento petit, denegare velimus. Eum ex *l. vlt. de Ediſt. diu. Hadrian. tollend.* inſtitui poſſe, arbitratu Leyſer. in *Specim. 381. Medit. 4. ſeg.* Adde *Lyncker. Centur. IV. Deciſ. 321.* Bauerus in *Program.* ſupra adducto ex duabus poſſiſimum cauſis, legatarios ab hoc proceſſu arcet, quarum primam in eo ponit, quod omne inſtrumentum guarentigiatum exigat pactum obligatorium; alteram vero inde petit, quod heres hereditatem adeundo contraxiſſe, et ſolutionem legati promiſſiſſe praefumatur, praefumta confeſſio et promiſſio vero proceſſui executiuo locum non faciant. Sed hae rationes mihi id, vt legatarii repellendi ſint, efficere haud videntur. Si enim executiuum proceſſum non, niſi pactum promiſſorium adſit, admittere volumus, vereor, vt finis, quem ipſa lex intendit, ſatis obtineri queat. Pactum promiſſorium vim non habet, niſi vtriuſque paciſcentis conſenſu fuerit confirmatum. Vnde vero, ſi debitor ſuper mutuo chirographum dedit, conſenſum creditoris probaturus eſt? Et, quid quaero, eiſmodi pactum exigis, cum ipſum negotium debitorem ad id, quod accepit, reſtituendum obliget? Miror itaque, Hommelium, qui in *Rhapsod. Obſeruat. 4.* ipſe in opinione verſatur, legatarium ex teſtamento executiue heredem conuenire poſſe, id documentum, quod promiſſionem ſolutionis non contineat,



neat, pro guarentigiato non habere. Etenim testamentum, in quo legatum relinquitur, talem promissionem non complectitur, sed tantum heredi eiusdem praestationem iniungit. Neque probo opinionem Leyseri, qui in *Specim. 130. Meditat.* §. statuit, conditionem ex mutuo natura sua ad processum executiuum non pertinere, quasi chirographum, in quo debitor mutuum acceptum ita confitetur, vt fundamentum actionis ex eodem statim sit liquidum, non pro documento guarentigiato habendum sit. Sed nec altera ratio a Bauero allata mihi satis placet. Concedo facile, processum executiuum non inmiti praesumptionibus. Sed, cur fugimus ad praesumptiones, cum heres, qui hereditatem adiit, ipso iure, siue consentiat, siue dissentiat, ad facta defuncti praestanda obligetur? Heredis igitur obligatio praestandi legata in testamento, vel in codicillis relicta, non tam fictionibus ac praesumptionibus, quam potius legum praeceptis nititur. Ex his igitur consequitur, vt legatarius ex testamento, modo illud vitio visibili non laboret, processum executiuum aduersus heredem recte moueat. Sed iam iuuat ea, quae proposui, illustrare responsio, quod anno 1782, Iureconsulti Vitemburgenses praefectis Glauchauensibus dederunt. Legatarius agebat ex testamento aduersus heredem ad legatum consequendum atque ab eo recognitionem documenti simulque responsionem super aditione hereditatis exigebat. Legatarii actio tanquam inepta fuit reiecta. Sed Iureconsulti Vitemburgenses hanc sententiam ita correxere: Nummehro, so viel Mit- Klägers Grauamina betrifft, aus denen Acten und derer Partheyen rechtlichen Einbringen so viel zu befinden, daß dessen fol. 3. Vol. I. befindliches Suchen, inmaßen es anbracht, für unstatthaft nicht zu achten, selbiger auch die durch gegenwärtigen Proceß verursachte Unkosten, zu seinem Antheil, Beflagter zu erstatten nicht schuldig, sondern es ist Beflagte, in Ansehung derer





Fol. 3. in der Klage befindlichen Worte: daß sie sich der Testatrixin Verlassenschaft, als eingesezte Vniuersal-Erbinn angemasset, pro confessa et conuicta zu achten, derowegen und da das fol. 4. seqq. sub lit. A. inducirte Document, als ein gerichtliches keiner Recognition bedarf, Beklagte die libellirte 500 fl. sammt dem davon seit dem 30sten Tage, nach Aunen Rosinen Richterinn Ableben, aufgelauffenen Interesse morae, so viel sie daran durch richtige Quittungen zu vermindern nicht vermag, binnen 14 Tagen, bey Vermeidung der Hülfe, Mit-Klägern zu bezahlen schuldig, es sind auch die beiderseits aufgewandte Unkosten billig gegeneinander zu compensiren, es bleibt aber Beklagter die vorgeschügte Ausfluchte, in so weit selbige erheblich, in der Reconvention, oder auch absonderlich, an und auszuführen unbenommen. Rationes, cur ita statuerimus, his verbis erant conceptae: Ob wohl Beklagte behauptet, daß ein Legatarius aus einem Testamente, worinnen ihm ein Legatum beschieden worden, auf dessen Bezahlung wider den eingesezten Erben Processum executiuum nicht anstellen könne, ins besondere aber aus denen sub lit. R. No. 87. angezogenen und beygelegten Acten, daß ihre verstorbene Mutter, Anna Rosina Richterinn, weil sie das der Beklagten zuständig gewesene väterliche Vermögen zur Ungebühr an sich behalten und den ihr davon zukommenden Antheil vorlängst dissipiret, mithin ein eignes Vermögen nicht hinterlassen, selbige auch pro Prodigia gerichtlich erkläret worden, ein gültiges Testament zu errichten nicht im Stande gewesen, darzuthun gesuchet, auch hierüber auf den fol. 94. seq. Volum I. inducirten Vergleich sich beruffet, und, daß die Testatrixin im selbigen ihr ganzes Vermögen auf den Todes-Fall ihr zugesichert, die Meynung heget, so wohl, daß das zum Grunde der Klage gelegte Testament coram Iudice incompetente gefertigt worden, einwendet; Dennoch aber und diemweil aus einem Testamente, welches keinen sichtbaren Mangel hat, in Betracht, daß der eingesezte Erbe, sobald



sobald er die Erbschaft antritt, des Defuncti Willen zu erfüllen schuldig, und von Erben über den Umstand, daß sie sich der Verlassenschaft angemäset, nach §. 7. des Anhangs der Erläuterten Proceß-Ordnung, Einlassung und Antwort, wie gegenwärtig Kläger und Mit-Kläger in ihrer Klage auch gethan, gefordert werden kann, mithin kein Zweifel, daß, wenn nur erwähnter Umstand in Richtigkeit gesetzt worden und ein gerichtliches Testament, welches keiner Recognition bedarf, vorhanden, der eingesezte Erbe die darinnen festgesetzte Legata zu bezahlen verbunden, executiv geklaget werden kann, diese Meynung auch durch den Beyfall bewährter Rechtslehrer unterstützt wird,

Carpzou. Part. 3. Constit. 13. def. 35.

Wernher Part. 4. Observat. 93.

Leyser Specim. 381. Meditat. 2. seqq.

die von Beklagter wider das zum Grunde der Klage gelegte Testament erregte Bedenklichkeiten aber theils ungegründet, theils aber, weil sie nicht in *continenti liquid*, sondern auf weiterer Erörterung beruhen, in gegenwärtiger Art des Proceßes nicht in Erwägung kommen, anerwogen aus denen angezogenen Acten R. N. 87. daß obbemeldete Richterin *pro Prodigia* erklärt worden, nicht erhellet, sondern vielmehr *ex Volum. II. rerer* beygelegten Acten und zwar aus dem darinnen fol. 260. seqq. befindlichen Urtheil sichergiebet, daß obbenannter Richterin die Verwaltung des von ihren Ehemanne hinterlassenen Vermögens, so lange sie die versprochenen alljährlichen 350 Thl. an der Beklagten Ehemann richtig abtragen würde, gelassen worden, und, wenn gleich nachhero Johanes Urtheil in dem fol. 176. seq. Volum. IV. erfolgten rechtlichen Erkenntniße abgeändert worden, nur bemeldte *Sententia reformatoria* doch, da beyde Theile hierwider fol. 235^b. seqq. *Remedia interponeret*, und die Sache, wie das fol. 331. befindliche höchste Rescript ausweist, nicht so wohl rechtlich entschieden worden, als vielmehr deswegen, weil immit-

telt die Richterin verstorben, sich von selbst erlediget, Beklagter
 nicht zum Vortheil gereichen mag, eben so wenig aber auch aus
 denen bengelegten Acten mit Zuverlässigkeit abzunehmen daß die
 Richterin das von ihren Ehemanne nachgelassene Vermögen auf
 eine widerrechtliche Art an sich behalten und dieser Vorwand selbst
 durch den von Beklagter fol. 94. seqq. ad Acta gebrachten Ver-
 gleich widerleget wird, aus sothanem Vergleiche aber, daß die
 Richterin Beklagter ihr ganzes Vermögen auf den Todes-Fall,
 zu überlassen versprochen, nicht erhellet, die Ausflucht aber, daß
 das von der Richterin übergebene Testament einem Iudici in-
 competenti insinuiret worden, wegen des fol. 167^b. ertheilten ge-
 richtlichen Attestats, keine rechtliche Aufmerksamkeit verdient,
 einfolglich und da das gerichtliche Testament sub A. keiner Reco-
 gnition bedarf, Beklagte aber, wegen derer in der Klage befind-
 lichen Worte, daß sie sich der Testatrix Verlassenschaft als ein-
 gesetzte Vniuersal-Erbin angemasset, weil sie sich hierauf fol. 80^a.
 behdrig nicht eingelassen, sondern die Exception, daß das von der
 Richterin hinterlassene Vermögen ihr eigenthümlich zugestanden,
 und sie sich nur in den Besitz ihres Eigenthums gesetzt habe, mit
 eingemischet, pro confessa et conuicta zu achten, selbige Mit-
 klägern die ihm secundum fol. 16^a. seq. legirten 500 fl. sammt
 dem Interesse morae, vom 30sten Tage nach der Richterin Able-
 ben, an zu rechnen, zu entrichten sich nicht entbrechen mag &c.

Sed plura exponere prohibet instituti ratio. Pauca enim
 praefari volui honoribus, quos ab Ordine nostro sibi expetiit

V I R

PRAESTANTISSIMVS ATQVE HVMANISSIMVS
 CAROLVS GVSTAVVS OBERKAMPF

D A B R V N O - S A X O .

De vita studiisque suis ipse haec nobis tradidit:

Ego


Ego CAROLVS GVSTAVVS OBERKAMPF, anno saeculi praesentis LVII. mense Iunio, fui natus Dabruni. Patre usus sum IOANNE GVSTAVO, domino pagi Dabruni atque Klein-Zerbst, matre vero CHRISTIANA HENRIETTA, e gente nobili a BARDELEBEN orta. Hi parentes optimi, quorum obitum praematurum adhuc lugeo, omnem nanarunt operam, ut et religionis et litterarum praeceptis imbuerer. Sed, cum mater optima mihi adhuc infanti eriperetur, et septem annis post, etiam pater optimus ex vita migraret, traditus sum Illustri ac generosissimo Domino ab HAVGWITZ, Curiae Provincialis aessori gravissimo, qui tutoris munere functus, nihil praetermisit, quod ad salutem meam stabiliendam pertineret. Quem in finem me honorum praeceptorum fidei credidit, ipse vero res meas fideliter administravit. Cuius quidem viri erga me merita tanta sunt, ut eorum memoriam per omnem vitam grata mente sui persecutus. In numerum civium huius academiae receptus fui, anno LXXII. Rectore Magnifico b. LANGGVTHIO, ipse tamen ad praedicationes audiendas anno demum LXXIV. accessi. Adiu vero primum scholas philosophicas atque historicas celeberrimorum virorum b. RITTERI, TITII, HILLERI et SCHRÖCKRII. Postea Themidis sacra ingressus, andini summa cum voluptate Viros meritis et gloria illustres, b. CHLADENIVM, KRAVSIVM, PAVLL, FISCHERYM, WIESANDIVM et REINHARDVM, cui quidem pro singularibus in me collatis benevolentiae documentis obstrictissimum me profiteor, et cuius sub praesidio etiam dissertationem, DE IVRE POSTVMI IN FEVDO, publice defendi. Nec silentio praetereundus esse censeo viros excellentissimos et iuriconsultissimos, KLÜGELIVM, atque HOMMELIVM, qui me fideliter instruxere, nec non WERNSDORFIVM, cui multum debeo, propterea quod me modum tractandi causas forenses docuerit, cuius igitur fidem et diligentiam in me erudiendo grata mente praedico. Sed, ut studiorum meorum rationem redderem, adiu Illustris Ictorum Ordinem, ut me ad examen pro candidatura admitteret. Annuit Illustris ordo meis precibus, atque, eo feliciter peracto, me etiam ad alterum, quod rigorosum dicitur, examen benevole admisit. Iam in eo occupatus sum, ut tandem ad eum, quem dudum mihi praefixi, scopum perueniam, quod ut feliciter cedat, maximo opere opto.

SIGEBAND KARSTENIENS IMAGA SIVE

Noster



Noster vero Candidatus in utroque, quod subiit, examine ad quaestiones propositas tam doctè respondit, ut ei summos in utroque iure honores merito conlerendos esse, cunctis suffragiis iudicauerimus. Quibus quidem consequendis ut sibi aditum patefaciat, futuro die Iouis, disputationem inauguralem, *Praeside Viro Illustri, GEORGIO STEPHANO WIESANDIO, Iuris utriusque Doctore, Digest. infort. et nou. Profess. public. ordinari. Curiae prouinc. Consistor. ecclesiast. Scabinat. et Facult. iurid. Assessore, Collega mihi amicissimo, DE EXPECTANTIIS FEVDALIBVS,* publice defensus est. Hunc actum sollempnem ut grauissimi ACADEMIAE PROCERES atque OMNES DIVINAE HVMANAEQUE SAPIENTIAE DOCTORES, nec non GENEROSISSIMI NOBILISSIMIQUE ACADEMIAE CIVES, honorifica praesentia ornare velint, et Ordinis nostri et meo nomine, humanissime oro rogoque. P. P. Domin. IX. post Fest. Trinitat. A. S. R. c1010cclxxxiii.



TYPIS ADAMI CHRISTIANI CHARISII.

Wittenberg, Diss., 1783-85

ULB Halle


3

004 335 937



f
Sl.





ORDINIS IVRIDICI
IN
ACADEMIA VITENBERGENSI

H. T.
DECANVS
FRIDERICVS AVGVSTVS
FISCHERVS

IVR. VTR. DOCTOR SERENISS. PRINCIPI ELECTORI
SAXONIAE IN CVRIA PROVOCATIONVM A CONSILIIIS
DIGEST. VET. PROF. PVBL. ORDIN. CVRIAE PROVIN-
CIALIS SCABINATVS ET COLLEGII IVRECON-
SVLTORVM ASSESSOR

H. T.
ACADEMIAE RECTOR

LECTORI BENEVOLO
SALVTEM.